

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7132

Auteur(s) : Robert de Torigni, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

Bénéficiaire(s) : Guillaume de Saint-Jean [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1172...

Lieu d'émission : Saint-Lô

Action juridique : fondation

Description de l'original : Chirographe. (CIROGRAPHUM)

Langue du texte : latin

Chirographe. (CIROGRAPHUM)

Analyse

Cirographe fait, en présence et avec l'approbation du roi, entre Robert, abbé du Mont-Saint-Michel, et Guillaume de Saint-Jean, au sujet de l'administration de la forêt de Bivoie ou de Bevais.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, p. 305.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCXLVIII, t. 1, p. 579-580.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 579.

Texte établi d'après a

CIROGRAPHUM.

Noverint tam presentes quam futuri quod ego Robertus abbas et conventus Sancti Michaelis de periculo maris, concessimus Willelmo de Sancto Johanne forestariam foreste nostre de Beveia, jure hereditario habendam et possidendam, quam antecessores ejus ante eum habuerant, ita quidem quod nec Willelmus nec heredum ejus aliquis clamabit aliquid in foresta, vel in terris que adjacent foreste, vel in eis que forte de bosco in vastum devenerint, exceptis pasturagiis, non de foresta, sed de landa extra forestam. Placitorum vero que de foresta contingent, si de feodo fuerint Sancti Michaelis, sive Willelmus de Sancto Johanne illud teneat, sive alius, medietatem nos, medietatem Willelmus percipiet, ita quidem quod ad capellam Sancti Michaelis de Lupis placita illa, presente responsali nostro, sive monacho sive alio, nomine nostro ad id deputato, discucientur. Placita vero que de terris extrinsecis, que de feodo nostro non sunt, emerserint, disponet Willelmus de Sancto Johanne prout ei melius visum fuerit. Nos quidem de foresta et dabimus et accipiemus et, si libuerit, vendemus tanquam de nostro, quantum et sicut

voluerimus. Willelmus autem de Sancto Johanne nichil horum faciet, excepto eo quod ad ignem ejus dominicum de Sancto Johanne oportuerit, sine aliis operationibus. Pastio vero porcorum nostra erit ex integro, excepto quod Willelmus de Sancto Johanne centum porcos in foresta habebit. Quod si Willelmus de Sancto Johanne de aliquo supradictorum forifecerit, judicio curie Sancti Michaelis emendabit.

Hec autem concessio facta est Henrico, rege Anglorum, duce Normannorum et Aquitanorum, et comite Andegavorum, presente et assensum prebente, et munimine sigilli sui et auctoritate confirmante ; presente etiam Henrico, filio ejus, rege Anglorum, duce Normannorum et comite Andegavorum, et assensum suum prebente, presentibus omnibus istis: Engelgero de Bohun, Jordano Taisson, Roberto Bertran, Fulcone Paganello, Willelmo de Humetis, Willelmo de Corceio, Jordano de Humetis, Engerano de Humetis, Thoma de Colunciis, Eudone Filio Ernesii, baronibus ; Ruallone priore Montis, Ricardo de Haia, Raginaldo de Sancto Johanne, Rogerio Legato, Roberto de Ottrionnia, Turgiso de Maidreio, Willelmo de Sancto Paterno, Willelmo de Sancto Jacobo, monachis ; Matheo camerario, Rogerio forestario, Rogerio de Hiquelon, laicis.

Apud Sanctum Laudum.